Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Batus uocatur hebraica lingua abolearia mola. que apud
eos uel bata nominatur. capiens quinquaginta sextaria.
que mensura una mole uice preterit. Amphora uocata quod
hinc et inde leuetur hec grece a figura sui dicta dicitur quod eius
anse geminate uideantur aures imitari. Recipit autem
uinum uel aque pedem quadratum. frumenti uero modios itali
cos tres. Cadus greca amphora est continens urnas tres.
Vrna mensura est quam quidam quartarium dicunt. Propria autem
urna uas est que precedensis defunctorum cineribus adhiberi
solet de quo poeta. Celo tegitur qui non habet urnam.
Medimna mensura est quinque modiorum. Medimna autem lati
na lingua uocatur. i. dimidia eo quod quinque modiis metiatur
qui est dimidius numerus a perfecto denario. Artaba mensura
est apud egyptios sextariorum septuaginta duorum composita ex
numero septuaginta et duas gentes uel linguas que orbem
impleuerunt. Gomor quindecim modiorum onus appendet. Chorus
xxx. modiorum mensura complet. hic ex hebraico sermone
descendit. qui uocatur chor a similitudine collis. Coria
enim hebraice colles appellantur. coaceruati enim modii
xxx. instar collis uidentur. et onus cameli efficiunt.

p

Ponderis signa plerisque ignota sunt De signis ponderum.
et inde errorem legentibus faciunt. qua propter formas
eorum et caracteres ut a ueteribus signata sunt subiciamus Z. litera
significat dimidium obolum. ⊢. uirgula equaliter iacens. et
porrecta simpliciter significat obelum. = geminata uirgul
ta duo obeli sunt. T. latinum significat obolos tres. F. latinum
significat obolos. iiii. E. latinum demonstrat obolos. v.
Oboli uero sex preterea caracterem non habent eo quod in una drag
ma sex ueniant quod est pondus denarii argenti. Heta